

**H**ectoris fliscí. I. V. D. Lauanię & palatini comitis ad uocati consistorialis: ac oratoris reip. Genuen. ad Inno/ centium Octauum Pontificem maximum Oratio.

**N**emo admirabitur Beatissime pater: si inter hos duo decim oratores per tuā Genouensem remp. ad te missos: ego etate: ingenio: auctoritate satis inferior: coram te xpī uicario tuo q̄b hoc diuino admirabiliue tantoz patrum cētu: boderetna die de summis rebus aliquid etiā pro ui/ rili dicturus: pauens: trepidus: totus q̄b perterritus adeo cō tremiscam: ut palleat facies: uox titubet: lingua balbutiēs fauibus adhēreat. Nam sicut immortalis dei aspectus in oculos humanae fragilitatis tanq̄ fulgor egrediens ad/ eo splendet: q̄ neminem qui uixerit deum uidere potu/ issē sacrę litterę attestantur. Ita celstitudinis tuę maiestates illius diuini numinis splendore coruscantem: imbecilles oculi mei uelut nicticoracis solis radios nequeunt tolcre. Verum me per se excusabilis parēdi necessitas cogit. Recreat autem atq̄ reficit consistorialis nuperime ad/ uocationis meę & aliqñ tecum priuate consuetudinis te cordatio. sed ante omnia summa ac admirabilis erga omni es clementia tua: qua c̄tatis nostrę nemini cedis: & que una inter innumerās uirtutes tuas adeo splendet: ut exi stitem ueniam mibi facile concedendā. siquid minus ornate: minus accurate: diserteq̄ dixerim. Atq̄ illud in primis mibi letandum iure esse uideo: q̄ in hac iniuncta mibi bodie ex hoc loco ratione dicendi: causa talis oblitia est: in qua oratō nemini d̄ esse potest. In quo enī sublimius atq̄ fecundius mea uersari potest oratio q̄b sui quod primū est te Pont. Maximo gratulandū sit de sui conciūis ad summī apostolatus apicem assumptionē. In de: si de apostolice sedis laudibus: tuisq̄ amplissimis vir/ turibus loqui uoluero. Postremo si quis fructus christi a



na resp. ex hoc tuo pontificatu sperare possit: aliquid at/  
tigero. Quę omnia tanti ponderis tantęq; magnitudinis  
esse reor: ut non hominum: sed uix angelorum linguis  
explicari queant. Verum quia & philosophi sententia: et  
utriusq; iuris censura monemur: nibil dici oportere: q;  
uel ratione uel auctoritate non probetur. opere premium  
esse sentio: priusq; dicendi campum ingrediar: percun/  
ctari: an ad apostolatum assumpto gratulari deceat: & co/  
ram laudes eius enarrare? Scio enim consuetudinis esse  
ferme omniū: qui ad tuam Sanctitatem legationis offi/  
cio primū accedunt: ut orationem habeant gratulatōem  
ac laudes continentem. Scio prēterea nōnūlos adesse: q;  
morem hunc non probent: & alterum hominis parum  
considerate loquentis: alterum adulotionis uitium esse  
censeant. Quid enim inquit: ei gratuleris: qui ad im/  
mensos animi corporisq; labores: ad maximas curas: ad  
diuersarum gentium regimen: ad sollicitudinem omni/  
um ecclesiarum: & quod h̄ls maius est omnibus: ad dif/  
ficilem & periculis plenam est seruitutem assumptus.  
Rectius tali uiro tanta rerum mole oppresso condolen/  
dum & cōpatiendum esse dictitant. Postremo comme/  
moratis malis omnibus: quę huic pastorali dignitati ne/  
cessitate quadam coniuncta sunt: ea pculdubio & inume/  
ra & maxima esse: Sysiphi saxum uoluere pōtices pre/  
dicant: & ob id gratulatōnis munus abborrent. Mea tñ  
sententia non est ei gratulandū: qui locum hunc ambiti/  
one possideat: qui cōi omniū stultitia feratur atq; errore  
ut ea optima ducat: ad que uelut ampla & speciosa mor/  
talium fertur ambitio. qui Epicureorum secutus errore  
felicitatem in uoluptate constitutus. Huic sane conuicuit:  
quod moralis ille Seneca uerissime scribit: Magna fortu/  
na: magna scrutitus. Multipliciter quippe: teste Aristotele  
homīnum natura serua est. Sed eorum seruitus misera/

bilior: qui ad maximas dignitates electi: uitiis & uolu-  
ptatibus inseruiunt: & proprii corporis sunt feda manci-  
pia. Sed si de iis loqui uelimus: qui ambulant in uis &  
in lege domini. qui non quod libeat: sed quod deceat/  
spectant. qui non in uoluptate: sed in uirtute foelicitatem  
**c**onstituant: iis censeo cogaudendum. Etenim uirtus est  
ut Aristoteli placet in ethycis. que promptam ac delecta-  
bilem elicit operationem. & uirtus sine operatione mor-  
tua est. Hinc Impator noster Iustinian⁹ libro. xii. sui co-  
dicens: milites qui a rep. aluntur frequentius in acie impe-  
rat exhiberi: ut armorum quotidiano exercitio ad bella  
se preparent. Nec medici: nec oratores: nec imperato-  
res: quamuis artis precepta didicerint: quicquaz magna  
laude dignum absq; usu & exercitatione consequi pos-  
sunt. Cur igitur ei non congaudeas: qui iuxta Iacobum  
apostolum gaudium existimat cum in uariis inciderit  
tentationes: cui uita omnis gaudiuz est: cum recte ad na-  
turam uiuat: qui & secūdis & aduersis rebus euadat me-  
lior atq; pfectior. Huic sane potiores sunt Herculis erū/  
ne sequiq; labores: & Veneri & pluviis & cenis Sardana/  
pali. Tibi igitur clementissime pontifex: qui ab ineunte  
estate: & totius ante acte uite discursu ita uitanū institui/  
sti: ut nō in uoluptate et ocio. sed in laboribus: uirtute: co-  
tinuoq; negocio gloriaris pro te: p tua uirtute cogaude-  
mus: cogratulamur: & applaudimus. Nec sera qdem ac/  
cū fabit gratulatio nra: que nulla negligentia pretermissa  
est. Scimus. n. beatitudinez tuā nō ignorare: nobis ueni/  
endi nō uoluptatē: sed facultatē defuisse: cū tandem ne/  
cessariū fuerit nobis legatis ad hāc Sanctissimā sedē ad/  
orandā ueniētibus mari hiberno tpe nauibus etiā onerā  
tiis hoc traiicere. Cogaudemus tibi pterea. nā ut Vlpia/  
nus iuris cōsultus li. xxxvii. ff. scribit. ipsa naturali lege n̄  
minus prie iascimur q; parentibus. lute autē genitum ut

Pomponio placet: nedium patrię priusq; parentibus pa/  
rendū: sed tutelę proprii corporis ipsam quoq; patriam  
esse preferendam. Ciuli uero iure: ut ait Paulus. discipli/  
na castroꝝ pro patria antiquior fuit parentibus Roma/  
noꝝ: q; charitas liberorum. Et Marcellus memorat li. xi.  
ff. Minime lugendū maiores putauerūt eum: qui aduer/  
sus patriam uenerit: quem si filius patrem: aut pater filiū  
occidissit: sine scelere non puniendū: sed prēmio affici/  
endum omnes constituerunt. Postremo: lex euangelica  
nostros licet doceat diligere inimicos: hostes tamen pa/  
trię nedium non diligere: sed si incorrigibiles sint/ neca/  
re iubet. Horum non immemor philosophoꝝ princeps  
Aristoteles Stagirita: dum apud philippum Macedonū  
Regem eius esset auctoratis: q; nec dimidium regni su/  
bi denegare Philippus instituisset (nam & regni & uni/  
ci filii Alexādri cura sibi credebatur) nullum maius be/  
nescium a rege consequi posse existimauit: q; ut Stagi/  
ram eius patriam eueram restitui assequeretur. inde le/  
gem & formam suę reip. ipse descripsit: qua postmodū  
sua ciuitas usa est. Habuitq; licet absens suę patrię dili/  
gentissimam curam. Vnde conciues sui ob hęc merita  
tanto in honore illum habuere: ut festi dies & ludi quot  
anni: s: & eo uiuente faciendi illi publice dicarentur. Fe/  
sta ipsa celebritas Aristotelia nuncupata. Cato deniq;  
Romanoꝝ sapientissimus dum de suę reip. salute despe/  
rasset: non amplius sibi uiuendū existimauit. Cum itaq;  
naturali gentium ciuili & euangelico iure: omnīq; sapie/  
tissimoꝝ uiroruꝝ exemplo patrię magis debeamus q; pa/  
rentibus: q; filiis: q; nobis ipsis: qd est: q; intanto: tam gran/  
di: tam equo: tā oportuno patrię gaudio: a maxima tem/  
peris iocunditate. Ex hoc enim immenso dei beneficio  
tantum tua patria exultauit: ut nemo sit: qui uiderit ullo  
tempore reni ei nunciata: que iocundius ac maiore om

nium gaudio sit excepta. Consternatis nempe tuorum ciuium  
animis obitu felicissime recordationis Sixti prede-  
cessoris tui: & Romanę ecclesię scis surā uerentibus (cūz  
oia armis agi uiderentur) nouum sydus oriri uisum est:  
proculdubio celo demissum: quod tantam rerum muta-  
tōem ipso nuncio effecit: ut nataleꝝ diem non hōies mo-  
do: sed iumenta: parietes: & saxa celebrare credidisse.  
Affulxit hęc lux omnibus xpianis fateor: sed patrie tue  
potissimum: quę & si dono dei pontifices maximos plu-  
res ex suo fm carnem sanguine suscepérunt: Innocentiū il-  
lum quartū: ciuilis & canonice scientie illuminatorem  
eminentissimum: qui non modo Genuensiꝝ gloria: sed  
totius orbis & terre decus & lumen fuit. & cuius ea fuit  
animi sapientia & magnitudo: principum maxime se-  
cularium: Romanę ecclesię aduersantium deprimendo  
potentiā: grauium uero uiroꝝ Iſis ac moribus ornatoꝝ  
sublimando uirtutem: ut apostolice sedis auctoritas eis/  
dem principibus augustali quoq; dignitate fulgentibus  
suo tpe formidini effet: quibus antea ludibrio fuerat. Ita  
q; solus omnium: ut puto: pontificum. duo maxima mu-  
nera & difficillima adimpleuit: ut in rep. orbis terrarum  
moderatrice occupatissimus meliora scriperit: q; excel-  
lentissimi iurisconsulti in otio soloꝝ studio uiuentes: &  
rursus studio: libris scribendis: legibusq; condendis ma-  
xime occupatus: maiora negotia obierit: q; hi qui uacui  
sunt ab omni cura litteraz: Adrianum deinde quintum  
prefati Innocentii ex fratre nepotem: qui patrui uestigia  
imitatus: sicut litteratorum uirorum amator fuit & cul-  
tor. ita ab eis extitit summis honoribus celebratus. Hic  
Adrianus ille pontifex fuit: cui Otobono Cardinali Gu-  
liermus Duranti speculum aureum eius opus dedicauit.  
Et Iohannes Andreꝝ: cui uas canonum nomen est: Spe/  
culatoris & aliorum doctrina excellentium uiroꝝ: spcm

ad Cardinalatum cum ipso Adriano ante coronationis  
diem functo/sepultam fuisse scribit. Et cuius etiā maxi-  
mis conatibus intuenda a tyrannis Ro-ecclesie ditione  
mors obstitit inuida & immatura. Nicolaū etiam quin-  
tum sacrę theologie peritissimum: quo in concione cuž  
Grēcis habita in synodo Ferrarensi:catholica fides nul-  
lum habuit maiorem defensorem. Sixtum pariter pro-  
ximum predecessorum tuum: qui ultra litteraz studia tā-  
q̄ fuit magnanimitatis & glorię: ut nemo eū sua  
ętate crederetur. Te uero nunc cernimus Innocentiuū oc-  
tauū: omniū quos antea tua patria edidit: pontificem di-  
gnissimū. & quem diuina bonitas eo tempe nobis de-  
dit: quo xpiana resp. bono rectore: auriga: & moderato-  
re q̄maxime indigebat. & Italia pr̄sertim: quę diuturnis  
fluctibus agitata: non amplius sine tali pastore quiesce-  
re posse uideretur. O ineffabilem dei pietatem: quę nū  
q̄ deserit sperantes in se. & eos tunc sanat: tunc erigit: cuž  
fuerint maiorī in periculo constituti. Quid est qđ tibi:  
nobis ipsis: uniuersoq; populo xpiano maiorī ac hone-  
stiori gaudio & lętitia gratulari possimus: q̄ habere altissi-  
mo creatori uobisq; Reuerendissimis patribus gratias  
immenas: qđ admirabili ac diuino pene uestro consen-  
su: eum nobis pastorem dedit: & huic sanctissimę sedi  
sefforem: qui bonitate uellet: sapientia sciret: auctoritate  
posset coercere omnes ad bene: honeste: et in pace uiuen-  
dum. Huius uero sedis amplitudinem ac maiestatem: si  
referre uellem: quod me secundo loco facturum dixi: su-  
pra hominis ingenium est. ubi cum plura dixerō: nihil  
prorsus: quod dignū re sit: dixisse uidear. Quare nostri  
consilii est: neminem quicunq; eloquentissimus fuerit:  
imitari. ubi in medio pene cursu multi plerūq; doctissi-  
mi uiri defecere: sed nos contentos humilianteq; sedis ue-  
neratōe admirari: & adorare eā tacito ore potius uelle: q̄

uerbis licet ornatissimis extollere: quod per se ipsum in  
suprema extollitur. Nam hec sedes et celo diuinitus fue  
rit instituta: quo brevior de rebus diuinis sermo fuerit:  
censeri dignior poterit: si ad ueneratorem magis quam ad lau  
dem omnia deferantur. Liceat iam dignissime pontifex  
tuorum uirtutum laudes attingere. si tamen prius cognoverimus:  
presentis laudem: ubi fallax non sit: parceque ac modeste  
fiat: a sanctissimis sapientissimisque uiris maxime proba  
tum iri. Par enim est non laudare uirtutem: & uitia non  
improbare. Cur igit uerear assentator uideri si ita te lau  
dem: ut uirtutes longe maiores tibi inesse cognoscatur oculi  
quam exprimant uerba dicentis. Nam tuorum laudum diffici  
lius est exitum: quam principium inuenire. Quid enim uel  
ad patriam: uel ad genus: uel uim animi & corporis per  
tinet: quod in te amplissime laudari non possit. Si patriae  
splendor queritur: que & ipsa ad hominis felicitate non  
nihil confert: Vlpiano iurisconsulto li. xxi. ff. dicete: mul  
tum nostra interesse scire hominis nationem. proinde  
mancipium redhibendum: si in eius uenditione natio non  
foret expressa. Hinc Symonides lyrico scriptor docet:  
Beata perfecta ratione uicturos: in primis opus esse pa  
triam habere gloriosam. Tu ergo igitur patrie gloria: res ab  
ea amplissime gestas: principes maximos: potestissimos  
reges superatos memorare: sicut mecum non est facultatis:  
ita nostrae non esset modestiae: qui eius legatione fungi  
mur: & quem sine multorum iniuria referre non possemus.  
Illud tamen sine cuiusquam iniuria palam fateri licebit: urbem  
tuam Genuam inter ceteras christianorum fuisse semper  
christianissimam: & apostolicę sedis obseruantissimam.  
Fuere namque Genuenses inter primos christianoꝝ Italie  
populos: qui factum corporis Christi sacrificium publice su  
sciperunt. Apud patriam tuam nulla unquam heresis depre  
hensa est. In casuque ad hec tempora propter christiane reli

gionis & dñicę passionis reuerentiam: hebrei nūq̄ ha-  
bitare potuerunt. Aduersus Ro. ecclesiam Genuenes ar-  
ma sumpsiſſe nūq̄ cōpertum est. Quę uero pro xpiane  
religionis dignitate augenda: & huius sancte sedis aucto-  
ritate tuenda & multa & prēclara egerint ac memoran-  
da testis est Ierosolomitana ciuitas: que a duce Gotfredo  
cum Genuensi. classe capta est. Testis Rhodiana insula  
e manibus Turcoꝝ cum nostra classe erepta: ac postmo  
dum etiam defensata. Testis Iduntina in Italia metropo-  
lis. Testes infiniti populi Greci: Schytę: Armenii: Capa-  
doces. de quibus pro religione christiana patria tua ſepe  
numero triumphauit. Testes inquam innumerii Roma-  
norū pontifices: quos a tyrannoꝝ obſidione ciuitas tua  
liberauit. Vi pulſis pontificibus hospitiū prebuit: &  
rurus eos in ſede ſua ope diuino fauente munere collo-  
cauit. Quo fit: ut nemini indignum uideri poſſit: ſi pa-  
tria tua apud apostolicam ſedem in dignitatibus ecclie-  
ſiaſticis tanti habita fuerit: q̄ ne dicam ex patria aut ur-  
be: ſed una tñ tuę ciuitatis familia plures pontifices ma-  
ximos: duos ſupra ſeptuaginta Cardinales: & fauente ec-  
clesia etiā Sicilię regem habere meruerit. & qđ etas nr̄a  
nūq̄ uidit: uno deficiente alterū immeiatū ſuccello/  
rem pontificem maximū patria tua nunc habere glorie-  
tur. Sed tu forſan iam illuſtri urbe oriundus: nullas ma-  
loꝝ imagines pr̄ te fers: nullo ſplendore familię fulges:  
Immo uero neceſſariis ac parentibus non inminus clarus  
& eminens q̄ p̄ia es. Nam ut omittā nobilitatis tuę ſtē-  
mata: que a longa origine per uiros optimates & recip.  
noſtre principes in gente cibo patricia repetenda eſſent:  
ut ſileā uiginti patricias familias ex hac una urbi tue p̄/  
ditas: ut preterea auoꝝ tuoꝝ domi forisq; tum bello, tum  
toga mirifice geſta. Quis nr̄m non meminit Araonem  
p̄em tuū equitem auratū ſacri impialis palatiū comiteꝝ

& Ro·urbis Senatorum: & cuius angelicus aspectus regi  
aq̄ effigies uclut a proauis hereditaria ad te quoq; trans-  
missa esse uidetur. Is tantę prudentię fuit in rebus agen-  
dis: tanti consili: tantę magnitudinis & fidei: ut Sicilię re-  
gnum Renati regis uice administraverit. Et quēadmo-  
dum Quintum Ligarium in Aphrica fecisse scribit Ci-  
cero: Regno sic p̄fuit: ut et sociis & ciuibus gratissima es-  
set eius integritas & fides. Talem etiam se omnibus pro-  
bavit: ut regno pullo per Alphonsum Renato: satisface-  
re hominibus non posset Alphonsus: si quenq; alium re-  
gno prefecisset. Itaq; Araon apud Alphonsum euenit q̄  
Ciceroni apud Cesarez: cū Cesar superato Pompeio ex  
Egypto ad euoz litteras misit: ut esset idem qui fuisset. Sed  
ego te illis annumerari minime uelim: quos Cicero in le-  
gis agrarie impugnatōe cōincidat: maioꝝ sola gratia  
& illustribus auoꝝ monumentis: primis honorib⁹ fu-  
isse ornatos. Tu ipse Sanctissime pater: tua uirtute: tuis la-  
boribus: uiām tibi struxisti ad id fastigiū quo nunc eue-  
ctus es. Nōne sicut priuato nōie Ioannes Baptista: ita re-  
es grā plenus: & pontificio innocēs: ita nemini obesse ac  
oibus semp prodesse natura docente didicisti: ita ut de-  
te dici possit: qđ apud Cesare. n Titum legimus: non de/  
cere quempiā tristem a facie principis discedere: Quid  
igitur singulas tuas uirtutes hoc loco enumerem: cū in-  
te natura ita omnes congesserit: q̄ inter se sc̄ quenam ma-  
ior sit aliqui pugnare uideantur! Quis igitur sis & quales  
sint uirtutes tuę satis declarauit ille omniū iustus iudex:  
qui inter ingentem Romane ecclesie patrum numerum  
scientia: moribus: ac uite sanctimonia preditoꝝ: te unuꝝ  
in terris uicariū sibi delegit: cui gregem suum cōmitte-  
ret: & claves traduceret regni celoꝝ. Hoc contentus esse po-  
tes: nec ab homine in terris querere: quod e celo diuinis  
tus consecutus es. Dicturno postremo quos nam fructus

ex hoc tuo pontificatu sperare possumus: illud in primis  
mibi uenit in mentem: qđ Septimus Seuerus Augustus  
uir bello & pace insignis moriens supremis uerbis uelut  
clarum & memorabile facinus sibi adscripsit: Accepisse  
initio sui imperii remp. conturbataz: relinquere uero pa-  
catam & tranquillissimam. Tu uero Romā tuę sedis ur-  
bem: ne dicam turbatam accipiens: sed ciuilibus ac inte-  
stinis odiis similitatibus: & seditionibus palam & publi-  
ce furentem: uix adbuc sedens ita pacatam reddidisti:  
ut' nedum Seueri: sed Octauiani etiam t̄pibus nunc tua  
Roma inuidere minime possit. Nam si cum Innocentio  
illo quarto diuino hōie: quez paulo ante memoriaimus  
patria: nobilitate: cardinalatus titulo: & pontificio etiam  
noīe: diuino ut autumo potius q̄ humano confilio idem  
esse & meruisti & uoluisti: cur ambigendū: quin rerum  
gerenda gloria euz equare debeas: aut etiā sine contro-  
uersia superare? Et hoc presertim tpe: quo plurima se of-  
ferunt christiane reip. pericula: re & exemplo ptimescen-  
da. Pudet namq̄ referre xpianoꝝ miserias: ex quibus in  
fidelis gladius maiores uires accepit. Vidi mus iam pau-  
cis pene elapsis annis Turcum Italiam ingressum: & qđ  
sine magno dolore referre non possumus: paruis adnō  
dum uiribus ita fecisse: ut toti Italie iam formidini esset.  
Cuius nisi mors cursuz preriپuisse: sunt qui haud teme-  
re credant: uel Italicoꝝ desidia: aut inter eos pertinaci cō-  
tentione magnā cladem toti Italie inferri potuisse. Nūc  
filiū eius: quem fama erat otio magis ac deliciis q̄ bellī  
cupiditate teneri: qđ pater illius nō sine magnis cladibus  
frustra s̄ pe tentauerat. Licostomū Macastruniꝝ opida  
in hostio fluminis Danubii posita: mira celeritate expu-  
gnasse. Quid nunc facturum eum hostem hac uictoria  
elatum arbitramur: nisi extensum se. O bone deus: ne  
italcaris pupulo tuo: uel in Chyos: uel in Rhodios: aut

Aulona maioribus uiribus in Apu*iā* trajectu*z* (& uti/  
nam sim falsus uates) ruptis simulac*z* pacis federibus  
Venetam etiam dītōem īcursu*z* quo tpe assurgemus  
oēs: cūni nibilo magis proficere poterimus: Dies & fa/  
cultas me defecerint: si hēc omnia pro terū indignitate  
& pīculo recensere uelim. Quin potius immortali deo  
& agendas & habendas grās cumulatissimas reor: q̄ te  
oportune admodū rebus fessis opem latu*z* summe terū  
prefecerit. Non erit igitur a te pontifice maximo pe/  
riculum hoc contemnerendū: neq̄ ulla incredulitate aut  
mora p̄termittendū: quin excīts xpianos principes  
ad hanc curam & prius occurrentdū q̄ magis ignis inua/  
lescat. Et si quispiā repugnare uidebitur: tuē Sanctitatis  
officium erit: suo imperio: sua auctoritate: suis uiribus  
oēs cogere. In quo inter multos precipuos & ad paren/  
dum promptos: habes nos Genuenī tuos: qui sicut ueri  
xpiani semper fuimus: sempq̄ esse uolumus. ita te Inno/  
centium Octauū: summū uerum & indubitatum ponti/  
ficem: esse testamur. Tibi igitur ditioniq̄ tuē: qđ p̄cī/  
pue a Reuerendissimo illustrissimoq̄ Cardinali & duce  
atq̄ inclito senatu n̄o est demandatum: oēm ac perpe/  
tuam deferimus obedientiam. Obedientiam inq̄: quam  
legittimo pontifici fideles xpiani prestare solent & dei/  
bent. Eoq̄ libentius ac paratius id facimus: quo & fidel/  
& cōis patrie nexus stringimur. Tibi preterea: si quid no/  
bis uirium: potentie: dignitatis est: promptissimo animo  
ante tuos iamiam deosculatos pedes humiliter deponi/  
mus: in fine cūni ecclesia dicētes. Ecce sacerdos magnus  
qui in diebus suis placuit deo & inuentus est iustus & in  
tpe iracundie factus est reconciliatio nec est inuentus si  
milis illi qui conseruaret legem excelsi: ideo iureiurādo  
fecit illum dñs crescere in plebem suam; Dixi:  
Dicta anno dñi Mcccclxvii die xxvii aprilis.



**T**itus Veltrius Viterbiæ ad diuam domum  
Fliscam: omni bonore & laude prestantissimam;  
post luculentissimam orationem habitam ad  
summum Pont'a Flisco oratore maximo.

**F**elix Flisca domus titulis decorata supremis:  
**F**elix & tanto rhetore Flisca domus.  
Celsior ut cunctis laribus celebrata per orbem:  
Eloquio facta es sic & in urbe prior.  
Stegmate nobiliortum scemate clarior/omni  
Progenie quam sis: quid nisi diua domus:  
Viue igitur felix: totum diffusa per quam:  
**V**t quondam titulis mox cumulanda facias;

